Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tuiqueras cor meum Noctem
uertérit in diem · et rursum
post tenebras spero lucem
Si sustinuero inferus domus
mea est · et in tenebris straui
lectulum meum · Putredini
dixi Pater meus es · et mat
mea · et soroi mea Verumtamen
Vbi est ergo nunc presto lacto
mea · uel paciencia mea Tu
es domine deus meus Bti in
Memento quaeso domine quod sicut
lutum fecisti me · et in puluerem
reduces me Nonne sicut lac mul
sisti me · et sicut caseum me coa
gulasti pelle · et carne uestisti me
ossibus · et neruis conpegisti me
Vitam · et misericordiam tribuisti
mihi · et visitacio tua custodiuit
spiritum meum Nonne sic lectio
Pelli mee stupis car
nibus adhesit os me
um · et derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos
Miserere mei miserere
mei · saltem uos amici mei
· quia manus dei tetigit me
Quare me persequimini sicut deus
et carnibus meis saturamini
Quis mihi tribuat · ut
scribantur sermones mei O
Quis mihi det ut exarentur
in libro stilo ferreo uel plum
bi lamina uel certe sculpantur
in silice Scio enim quod re
demptor meus viuit · et in
nouissimo die de terra sur
recturus sum · et rursum circum
dabor pelle mea · et in carne
mea videbo deum saluatorem
meum Quem visurus sum ego
ipse · et oculi mei conspecturi
sunt · et non alius Reposita est
hec spes mea in sinu meo
Deus etiam in eius humana
condicione pater consulitur · ab omni
fidelium detractore questus · ab omnibus
absolue petis ut penitencie fructum
quem uolunt eos optinuit puenitentia
mortuorum non peccat Qui in
cruce positus latroni sero peni
tentie suscepisti eos peccatum pe
peccata dilue · et penitencie fructum
Quare de ulua eduxisti me · qui utinam
stupra essem · ne oculis meis
uideret · fuisses quasi non
essem · de utero translatus
ad tumulum Numquid non
paucitas dierum meorum finietur
breui Dimitte ergo me ·
ut plangam paululum